

*161. Instrumentum dationis
di Baldassarre Mordente,
arciprete, in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*161. Instrumentum dationis
di Baldassarre Mordente,
arciprete, in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1466-04-28

(c. 213r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno nativitatis ipsius millesimo quatricentesimo sexagesimo sexto, regnante serenissimo et illustrissimo domino nostro domino Ferdinando Dei gratia rege Sicilie, Hierusalem et Hungarie, regnorum vero eius anno ottavo feliciter amen, die vicesimo ottavo mensis aprilis, quatedecime indictionis, apud civitatem Potentie.

Nos Ioannettus Pascalis de Potentia et ipsius civitatis Potentie pro presenti anno quintedecime indictionis preditte iudex annalis idiota, Matheus de Sacco de Potentia puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie reginali autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico donationis instrumento fatemur, notumfacimus et testamur quod preditto die eiusdem ibidem coram nobis eisdem presentibus et personaliter constitutis venerabilibus domno Baldassarre Mordente de Potentia, archipresbitero venerabilis catrehedalis<sic> ecclesie Santi Girardi civitatis eiusdem, agente pro se et suis heredibus et successoribus singularibus et universalibus, parte ex una, et domno Dominico de Regali de Potentia, canonico Potentino, eiusdem ecclesie Santi Girardi yconomo, procuratore et factore, ut dixit, agente procuratorio nomine et pro parte eiusdem ecclesie et ipsius capituli clericorum et successorum ecclesie eiusdem, parte ex altera, prefatus vero archipresbiter, procurator(e) propterea presente, audiente et intelligente quo supra nomine, asseruit /uod diu fuit in sacris ordinibus constitutus in eadem ecclesia et huius ecclesie archipresbiter et, se // (c. 213v) (conve)ntum, administrasse bona eiusdem ecclesie quia prioster fuit pluribus vicibus seu prepositus et pecunie

quantitatem eiusdem ecclesie percepisse et habuisse et in suam propriam utilitatem et proprios usus convertisse, expendisse, quare dixit se esse debitorem eiusdem ecclesie, consentiendo in primis et ante omnia in nos prefatos iudicem, notarium ut in suos cum sciret, ex certa eius scientia, nos suos iudicem et notarium non esse et nostram iurisdictionem in se voluntarie prorogando, non vi, dolo malo, metu ad id induttus, ut dixit, vel aliquilibus suasionibus circumventus, sed eius gratiosa et spontanea voluntate, in recompensatione suorum debitorum per eundem eidem ecclesie debendorum et sue conscientie exonerationem, ex certa eius scientia et aliis de causis ad hec eum iuste et rationabiliter, ut dixit, inducentibus, dedit et per fustis traditionem tradidit et assignavit iure proprio et inperpetuum eidem procuratori, procuratorio nomine et pro parte eiusdem ecclesie catredalis <sic> Santi Girardi et huius capituli clericorum et successorum, presenti et recipienti ab eodem archipresbitero, medietatem unius isce seu petie terre infrascripte que fuit condam notarii Antonii Mordenti Laurini patris sui; que isca ad presens, ut dixit, est pro comuni et indivisa cum heredibus condam Mathei Cappelli, sita in tenimento civitatis Potentie, in pertinentiarum <sic> Sante Marie Berchellini et // (c. 214r) Canalis civitatis eiusdem, confinata ut dixit iuxta isclam domni Andreucii de Medico cantoris Potentini, limite comuni mediante, iuxta vallonem Canalis, iuxta cugnarellum cuius archipresbiteri aquali mediante, iuxta stratam puplicam qua itur Valeum, iuxta terram ecclesie Sante Marie Bethelhem preditte, quam inpresentiarum detinet in beneficium dominus Gerardus Cucci et alios fines, si qui sunt; cum viis, introitibus et exitibus suis ac cum iuribus, rationibus et

pertinentiis suis omnibus ad ipsam isclam spettantibus et pertinentibus quoquomodo et cum integro statu suo prout consistit et consistere consuevit, cum reservatione quod durante tantum vita ipsius archipresbiteri et fuerit in humanis et vita sibi comes <sic>, archipresbiter ipse sit usufructuarius et habeat omnes fructus, redditus et proventus, terragia et iura ex medietate eiusdem iscle ut supra date, provenientes et provenientia; et quod clerici et capituli eiusdem ecclesie Santi Girardi teneantur ipsum archipresbiterum seppellire facere in eadem ecclesia Santi Girardi ad expensas ipsius ecclesie, quo ad sepulturam, missas, ceram et omnes alias expensas funerales; et si quod dicta medietas ipsius iscle plus valeret, debitum ad quod ipse archipresbiter tenetur eidem ecclesie et est debitor ipsius ecclesie cum iuribus et pertinentiis suis omnibus et // (c. 214v) cum integro statu suo totum illud plus, in quamcumque quantitatem ascenderet, magnam sive parvam, propter devotionem quam gerit erga dictam ecclesiam, ut dixit, archipresbiter ipse sponte, sua libera et spontanea voluntate donavit ex nunc donationis titulo inrevocabiliter inter vivos et ex causa donationis premissae cessit, renunciavit, refutavit, transtulit eidem procuratori quo supra nomine propter devotionem dictam et ex aliis rationibus et causis eum ad hec iuste moventibus et inducentibus, sicut dixit et recognovit, ita quidem quod a presenti die in antea medietas iscle seu petia terre preditte transeat in dominium et proprietatem et propriam actionem et possessionem et potestatem ditte ecclesie Santi Gerardi et ipsius ecclesie canonicorum, presbiterorum eiusdem ecclesie successorum, ad habendum, tenendum ex nunc in antea medietatem iscle preditte cum iuribus, rationibus et pertinentiis suis omnibus et cum integro

statu suo prout constitit et consistere consuevit, ut supra, et ex ditta donationis causa per eamdem ecclesiam Santi Girardi seu ipsius canonicos, presbiteros, pr(ocurato)res et successores donandi, alienandi vel fruendi, possidendi, vendendi ac faciendi et disponendi ex his de ditta medietate iscle seu petie terre cum iuribus, rationibus, introitibus et exitibus omnibus quicquid de cetero // (c. 215r) eidem procuratori quo supra nomine seu ipsi ecclesie et ipsis canonicis, presbiteris et successoribus placuerit et melius visum fuerit, tamquam de re propria ipsius ecclesie et ut vera et integraliter domina eiusdem medietatis iscle ut supra date. Quam medietatem iscle preditte ut supra date dittus archipresbiter dat et se nomine eiusdem ecclesie seu preditti procuratoris quo supra nomine constituit precario nomine possidere quousque ipsius possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua autoritate et retinendi deinceps eidem procuratori quo supra nomine et pro parte ditte ecclesie licentiam omnimodam dedit, dans, cedens et transferens dittus archipresbiter eidem domno Dominico procuratori, procuratorio nomine quo supra ibidem presenti, recipienti et stipulanti, omne ius omnemque attionem realem et personalem, utilem et directam, mistam et in rem scriptam ac omnem aliam sibi competens, competentem et competituram in et super medietatem iscle preditte seu petie terre, ut prefertur, date ac iuribus, rationibus et pertinentiis suis omnibus supradittis seu occasione illam / quocumque modo, iure, causa, occasione seu titulo, nec non acquisitum et acquisitam contra et adversus personas quascumque nomine ditte medietatis iscle quoquomodo ponens, inducens dator eundem dominum Dominicum procuratorem, procuratorio nomine quo supra, in locum,

vicem, dominium et privilegium suum et constituens eum procuratorem velut in rem propriam ditte ecclesie q(uonia)m dittus archipresbiter ut supra dator in ditta medietate iscle cum iuribus, rationibus et pertinentiis // (c. 215v) suis omnibus et aliis supradittis in toto vel in parte, in proprietate et in possessione ipsius nil sibi et suis heredibus et successoribus aut aliis cuiuscumque persone retinuit seu quomodolibet reservavit, nisi ut superius expressit et promisit. Et convenit dittus archipresbiter solemni stipulatione legitime interveniente et sponte obligante se suosque heredes et successores et bona sua omnia et singula seseque moventia, presentia et futura, licita et illicita, iura, actiones et debita et nomina debitorum et alia cuiuscumque vocabuli appellatione distinta ditto procuratori quo supra nomine recipienti et solemniter et legitime stipulanti, quo supra nomine, donationem et alienationem predittam fattas modo preditto ac omnia et singula preditta et subscripta alia semper et omni futuro tempore habere, tenere ratas, gratas et firmas ac rata, grata et firma eaque attendere, adimplere et inviolabiliter observare atque efficaciter et contra non facere, dicere, opponere vel allegare, venire, revocare vel retrattare, divertere vel pervertere vel impedire, nec possessionem ipsam quo supra nomine seu ipsam ecclesiam et ipius ecclesie capitulum, presbiteros et successores supra ditta medietate iscle seu petie terre ut supra tradita vel suis iuribus, rationibus, pertinentiis seu possessione huiusmodi turbare, vexare, requirere vel inpetere, nec questionem, litem, causam, controversiam aut molestiam eidem procuratori quo supra nomine movere vel inferre // (c. 216r) aut moveri vel inferri facere aut moventi vel inferenti assentire vel consentire, pro se vel alium seu alios eius nomine, de iure vel de

fatto, in iudicio seu extra iudicium agendo vel excipiendo aut aliter quovis modo, sed libere permittere et sinere dittam ecclesiam et ipsius capitulum, presbiteros et successores pacifice et quiete, absque lite vel molestia aliqua, habere, tenere et possidere dittam medietatem iscle seu petie terre ut supra datam cum iuribus, rationibus et pertinentiis suis omnibus, in toto vel in parte et aliis supradittis eique dominari, uti frui ac ipsius pacifica possessione gaudere et in presenti contrattuationis dolum malum abesse abfuturumque esse, nec non dittam medietatem iscle seu petie terre ut supra data cum iuribus, rationibus et pertinentiis suis omnibus in toto vel in parte, possessionem ipsius in iudicio vel extra iudicium eidem ecclesie et ipsius capitulo seu canonicis, presbiteris et successoribus defendere et antestare, disbrigare et excalumniare et de evictione teneri ab omnibus hominibus et personis omnibusque partibus, universitate, collegio et personis aliis publicis vel privatis, tam ecclesiasticis quam secularibus cuiuscumque conditionis, status, gradus, prerogative, preheminentie seu dignitatis existunt in et super ditta medietate iscle preditte seu petie terre ut supra date, ut prefertur, vel ipsius iuribus vel pertinentiis // (c. 216v) et aliis supradittis seu possessionem ipsius pretenditibus seu ecclesiam ipsam vel ipsius capitulum, canonicos, capitulum et presbiteros et successores turbantibus vel inquietantibus quomodolibet super eis quoties et quantum fuerit oportuno et ad omnem ipsorum procuratoris, capituli, presbiterorum et successorum eiusdem ecclesie requisitionem et voluntatem ac denuntiationem, simplicem vel solemnem omnemque litem, controversiam, molestiam vel questionem seu causam que eisdem procuratori, capitulo, presbiteris et

successoribus eiusdem ecclesie moveretur vel fierent per quamcumque personam singularem, collegium vel univesitatem, ecclesiasticam vel secularem cuiuscumque conditionis, gradus, status, prerogative, preheminentie vel dignitatis existunt in et supra dicta medietate seu petie terre ut supra data, ut prefertur, et aliis supradictis vel ipsius iuribus et pertinentiis in toto vel in parte, seu possessionem illius teneatur et debeat. Et promisit ex nunc dictus donator ad omnem ipsius ecclesie seu ipsius procuratoris, capituli, presbiterorum et successorum requisitionem et voluntatem, simplicem et solemnem, ut supra, in se assumere et subire propriis suis sumptibus laboribus et expensis tam in causa principali quam appellatione et in iudicio quocumque appellatum ante litis ingressum, in medio, post litis contestatum et usque ad fines et tam in iure petitorio quam possessorio, in omnem eventum et casum ecclesiam ipsam seu // (c. 217r) ipsius procuratorem, capitulum, presbiteros et successores, rectores et potiores in causa premissa et eos servare indepnos etiam si dicta ecclesia, procuratores, capituli et presbiteri vel successores inquietati possessionem ipsius medietatis iscle seu petie terre seu se ipsos in iudicio defendant tam in causa principali quam appellationis, quacumque lege in contrarium non obstante quare sic inter eos extitit attum et expressum ac conventum ex speciali patto semper rato manente. Itaque omni futuro tempore ecclesia ipsa seu ipsius capitulum, presbiteri et successores restiterint in pacifica possessione, vacua et expedita medietatis iscle seu petie terre predictae, sub pena et ad penam unciarum auri viginti, medietate ipsius pene, si eam committi contingat, apostolice, episcopali aut matriditarie curie applicanda aut alteri

cuiuscumque curie ubi fuerit exinde reclamatum seu querelatum et reliqua medietate pene eiusdem eisdem ecclesie aut ipsius capitulo, presbiteris vel procuratoribus integraliter exolvenda, me predicto notario tamquam persona publica pro parte ditte curie et ditto procuratore nomine et pro parte ditte ecclesie et ipsius capituli presbiterorum et successorum a ditto archipresbitero datore presente penam stipulantibus antedittam. Atto inter eos expresse quod pena ipsa, totiens committatur, petatur et exigatur cum effectu quotiens contra fiet ditteque pena commissa vel non commissa, soluta vel non // (c. 217v) soluta, exatta vel non exatta aut gratiose remissa, presens nihilominus instrumentum cum omnibus que in se continet in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refettione et integra restitutione omnium et singulorum damnorum interesse et expensarum litis et extra litem que fierent propterea quoquomodo, de quibus dapnis interesse et expensis stari et credi debeat assertioni cum iuramento tam nomine et pro parte ditte ecclesie conparentis et ipsius ecclesie capituli vel presbiterorum et successorum, nulla alia probatione quesita, ita quod reduci non possit ad arbitrium boni viri nec quomodolibet appellari vel aliter exinde reclamari. Et renunciavit dictus archipresbiter donator super predittis et quolibet preditorum ex certa eius scientia voluntarie, legitime ac expresse eidem procuratori quo supra nomine presenti, recipienti et stipulanti exceptioni doli mali, vis, metus et infattum, presentis non sic celebrati contrattus et rei preditto modo non geste seu aliter habite quam ut superius continetur et expressim privilegio fori scripto et non scripto, competenti et competituro, beneficio restitutionis in integrum, conditioni indebite ob causam et sine causa,

ex iniusta, nulla et turpi causa, exceptioni ditte dationis non fatte, non secute realiter modo predicto, legi dicenti donationes fattas ultra quingentos aureos sine insinuatione non valere et propter ingratitudinis vitium revocari posse, exceptioni ditte donationis non habite modo predicto realiter ut superius // (c. 218r) continetur, literis, privilegiis, cedula, rescriptis et moratoriis quibuslibet in contrarium inpetratis vel inpetrandis, usibus, consuetudinibus, constitutionibus, capitulis et rescriptis quibuslibet in contrarium inpetratis vel inpetrandis, sub quacumque verborum serie sive forma, etiam si procederet proprio motu cuiuscumque domini vel presidentis et omnibus aliis iuribus canonicis vel civilibus contentis in corpore utriusque iuris iurique dicenti generalem renuntiationem non valere et omnibus aliis legi et iuris auxiliis quibus premissa omnia in toto vel in parte possit infringi, minui vel annullari, certioratus prius dittus archipresbiter, ut supra dator, per iuris petitem de legibus, iuribus ipsis ac effectibus eorundem <ante>quam renuntiaret eisdem; et pro predictis omnibus et eorum singulis firmiter attendendis, adimplendis et inviolabiliter observandis, ut conventum est superius et premissum, quodque predicta omnia et eorum singula vera sint et in nullo umquam vacillent, dittus archipresbiter dator coram nobis ditto domino Dominico procuratori quo supra nomine presenti et recipienti ad santa Dei evangelia tatis [litteris iuravit] et iuramentum prestitit corporale; et fuit attum infra // (c. 218v) contrahentes eosdem, pro cautela predictae ecclesie, capituli presbiterorum et eiusdem ecclesie successorum, quod si aliqua iuris vel fatti sollemnitas in presenti instrumento deficeret, quod tacite et expresse intelligatur in eo et toties corrigi, refici

et emendari possit quoties opus erit, ad sensum sapientis eligendi nomine et pro parte eiusdem ecclesie et ipsius capituli presbiterorum et successorum, desuper veniat ad lucidam formam, veritatis substantia non mutata. Unde ad futuram rei memoriam ac ditti archipresbiteri datoris preces et preditte ecclesie et ipsius capituli presbiterorum et successorum cautelam ac omnium quorum et cuius inde interest et poterit interesse in futurum, fattum est exinde hoc presens dationis instrumentum per manus mei qui preditti notarii, signo meo solito signatum, mei cuius supra iudicis et nostrum subscriptorum testium signatonibus et subscriptionibus roboratum.

1

2

3

4

5

6

7

8

Quod scripsi ego idem Matheus puplicus ut supra notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus

Così S qui, in docc. coevi Iohannellus

Così S qui, sopra correttamente quattedecime

Ddubito della lettura

Così S qui, sotto Bethalem

Così S per dedit

Così S per aliqua

Così S per donec

Così S qui, in docc. coevi Andreanus

interfui ipsumque meo signo consueto signavi; superius autem in virgulo quatragesimo septimo ubi legitur [.....] abrasi et emendavi quod accidit, non vitio solo sed quare scribendo casualiter erravi. (SN) † Signum crucis proprie manus mei Ioannetti prefati qui interfuit pro annali iudice scribere nescientis † Ego Colutius Dionisii de Potentia testis interfui et me subscripsi † Ego Damianus Larie testis sum et presens fui et manu propria subscripsi † Ego Antonellus de Centum Manibus testis sum et me interfui Ego dominus Cataldus de Abriola testis sum et interfui